

postmodum in anno 1626. præcedenti facta Revisione
à Beato Domino D. Kreidenmann quondam Reipu-
blicæ Esslingensis Syndico meritissimo, loco solito,
cum omnibus contentis punctatim prælectum & pro-
mulgatum, idque usque ad annum 1636. inclusivè ob-
servatum, & sicuti cætera Statuta observanda juramen-
to confirmatum fuisse. In subsequentibus autem an-
nis crescentibus Statutis hujus specialis Statuti saltem
relativè generalis mentio facta fuit, daß es bey dem uhrs
alten Verfangenschafft Recht und dessen Erläuterung ge-
lassen werden solle; Sub speciali rubrica von der Verfan-
genschafft: ubi ulteriorem informationem desideran-
tes ad Cancellariam remittuntur, quæ rubrica autem
in novissimo ante paucos años conscripto Statutorum
libro omissa, non autem ideo sublata est. Ita ut de no-
stri Statuti authoritate & validitate neutiquam dubi-
tandum sit.

TH. III.

Cum autem præcipiuus Statutorum Esslingensium
tenor in successionibus Conjugum & liberorum con-
sistat, non incongruè statim in initio §. *allhier ist forde-
rist zu wissen* Juris nostri Statutarii præmittitur ante
omnia ad pacta dotalia atque ultimarum voluntatum
dispositiones seu Testamenta respiciendum & secun-
dum illa judicandum esse; De Solennitatibus autem
in erectione illorum adhibendis nulla fit mentio; Un-
de manet Regula: Statutorum verbis deficientibus
ad Jus commune esse recurrentum & quod in illis
non decisum manere sub dispositione Juris commu-
nis l. 6. ibi Jason. ff. de condic. caus. dat. l. 10. ff. d. Lib. &
Posthum. l. 22. ibi Bartol. ff. solut. matrim. Cephal. cons. 323.

De pactis
dotalibus
& successi-
one.